

gehaltenen — Beschlüssen¹ eines Lateranconcils im Jahre 595 unter Gregor dem Grossen auf. Diese seien von Nicolaus aufgenommen (adoptata) und an König Karl übersandt worden. Die Gegenüberstellung beider Texte wird ihr Verhältniß näher veranschaulichen.

Quam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere et de eorum perpetua securitate tractare, ante actum nos officium, quod in regimine monasterii exhibuimus, informat. Et quia in plurimis monasteriis multa a praesulibus praeiudicia atque gravamina monachos pertulisse cognovimus, oportet ut fraternitatis vestrae provisio eorum de futuro quietem salubri ordinatione disponat, quatenus conversantes illic in Dei servitio, ipsius quoque gratia suffragante, mente libera perseverent. Sed ne ex ea, quae magis emendanda est, consuetudine quisquam monachis quidquam molestiae

Istud² decretum missum est a sancto papa Nicolao et a sede sancta Romana Karolo regi Francorum gloriosissimo, omnibus regnis et ecclesiis sub anathemate omnium episcoporum confirmandum et corroborandum.

Quam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere et de eorum perpetua securitate tractare, ante actum nos officium, quod in regimine coenobii exhibuimus, informat. Et ideo quia in plurimis monasteriis multa a praesulibus praeiudicia atque gravamina pertulisse cognovimus, oportet ut nostrae fraternitatis provisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione, quatenus conversantes in illis in Dei servicio, gratia ipsius suffragante, mente libera perseverent. Sed ne ex ea, quae magis emendanda est, consuetudine quisquam monachis quicquam molestiae presumat inferre, necesse est, ut hæc, quæ inferius enumeranda curavimus, ita studio fraternitatis episcoporum debeant custodiri, ut ex eis non possit ulterius inferendae^a inquietudinis occasio repperiri. Interdicimus igitur in nomine Domini nostri Iesu Christi et ex auctoritate beati

a) inferendo c.

1) Jaffé-E. n. 1766, gedr. u. a. Opp. Gregorii M. ed. Maurin. III, 1294 ex cod. Cl. Hardy senatoris Parisiensis (wiederholt von Migne, Patrol. lat. LXXVII, 1340). Ueber die Quellen der Fälschung vgl. MG. Epp. I, 348 Anm. zu Reg. V, 49; W. Wisbaum, Die wichtigsten Richtungen und Ziele der Thätigkeit des Papstes Gregors des Grossen (Bonner Diss. 1884), 37 ff. — Ein Auszug findet sich c. 5. C. XVIII. qu. 2 (ed. Friedberg, Corp. iur. can. I, 829). 2) Aus dem goldenen Buch von Prüm (Trierer Stadtbibliothek n. 1709) fol. 75—77 nach einer Vergleichung durch Herrn Bibliothekar Dr. Keuffer, dem ich für seine Bemühungen verbindlichen Dank schulde.